, quoniam sapor et odor herbae Majoranae
lis est; denique huc referendae sunt, quae
llis caprinis similes crassiori viridescente mem-
a teguntur. Dantur et aliae sed vilioris notae,

albae, pallidae, rubicundae etc. Ex his variis uv rum speciebus vario etiam modo vina parantu Delicatissimum vinum conficitur ex uvis Augst dictis, quod incolis Essentia dicitur, cujus paran methodus haec est: uvas hasce singulatim coll ctas, ultra suetum maturitatis gradum coctas semipassas, praevia, quam dicunt, praeparation ad exprimendum succum desumunt, imo interdum si solis calore non satis siccatae fuerint, mitissin furni calori committunt, ut magis flaccescant; h demum a racemis revulsas torculari subjiciunt, c jus fortiori pressione succus elicitur nectaris su vissimi aemulus, qui, exacto despumationis ten pore, vinum praebet generosissimum oleosum, quo diu dulcedinem retinet et interposito anno demu defaecatur maximique venditur. Alterum gen dicitur Ausbruch seu Beerenwein; hoc vinum p ratur ex uvis nobilioribus promiscue collectis, quibus, demtis racemis, torculari identidem expr mitur succus dulcissimus, cui post aliquot di fervefacto adjiciunt uvas semipassas; ita fervent musto dulcedo uvarum passarum elicitur, vinu fit dulcissimum, oleosum, saporis gratissimi, cuj dulcedo diutissime mutationibus resistit, dum e dem ratione praeparatio repetatur; vina autem quae non ex uvis siccatis obtinentur, ob abundan tiam quae et quia coctio fermentationis actu non plane praepedit, non secus ac alia vinorum genera fermentantia gratum ac dulcem sapore amittunt. Tertium genus est, quod conficitur e puro musto nobilium uvarum, valde spirituosum

. minus dulce, minus limpidum. Ad quartum
.nus id refertur, quod ex diversis uvarum specie-
s nobilibus et ignobilibus paratur: mustum enim
piosum obtinetur, quod peracta fermentatione
num praebet plerumque mensis apponi solitum.
lebre etiam est vinum illud Hungaricum rubrum
dense, quod circa urbem Budam crescit.

Vina Gallica.

§. 25.

Et haec terra magnam vinorum copiam nobis
gitur, quae multa ex parte ad nos deferuntur,
apropter nomina eorum nobis sat nota sunt.
tamen difficile est explicatu, in quas classes
incipes illa vina redigenda sint, nam minus ig-
bilia commemorare nec licet neque ad scopum
jus libelli spectat. Hac de re Ritter ducem se-
tus sum, qui haec vina distinguit; A) Alsa-
ca, B) Burgundica, C) circa Bordoviam,
) ad Rhodanum, E) in provincia Rous-
l'on, F) Languedoc nata, G) Campanica.
e vini Gallici confectione nonnulla adjicere mihi
pervacaneum videtur; nam quae in genere de
ni fabricatione ennarravi, potissimum ad vina
allica referenda sunt.

§. 26.

Ad primum genus non generosa vina pertinent, exceptis paucis, in superiore Alsatiae parte natis, quorum celebre est vin de paille dictum, quod jam supra memoravi.

§. 27.

Vina Burgundica, quae a multis maximi existimantur, ob partes spirituosas et aromaticas copiosas, optime dividuntur in alba et rubra. Inter alba spiritu et gratia saporis excellit vinum Montrachet, quod quoque vin de dames vocatur, eoque non multum inferius Vin de Chablin; Meursault, quod dicunt, non pari modo ab omnibus laudatur. Rubra Burgundiae vina multas notas praestant, quae maximo pretio ad Germaniam aliasque terras transmittuntur. Inprimis laudantur vina Clos de Voucheot, La Romanee, Chambertin, quod spiritu eminet, Volnay, Vosnes, Nuits, Pomard et Beaun dicta. Notandum tamen est, non omnis generis vina illorum locorum magni fieri, etiamsi annus iis fautor fuerit, sed optima tantum eligi magnoque pretio vendi.

§. 28.

Regio Galliae, quae prius Bordelais vocata et circa Bordoviam sita est, magnam vinorum copiam gignit, quae non solum Galliae septentrionali et meridionali, sed fere omnibus terris potum laudatum atque usitatum largiuntur. Apud nos pluri-

um laudis haberent ob spiritum, dulcedinem et
ntiam saporis et harum virtutum constantiam,
si in oppidis maritimis avaritiae causa saepis-
me corrumperentur, quod vinis Rhenanis rarius
cidit. His quoque explicatur, cur vina alba
rca Bordoviam nata rubicundis postponantur, nam
ec spiritu aliisque materiis inquinari possunt,
in gratum saporem amittant. Optima habentur,
ae Haut Barsac, Carbonieux, Haut Sauternes,
aut Preignac dicuntur. Aliquanto deteriora, quae
ensis vulgo apponuntur, sunt Cerons, Poudensac,
s Preignac, bas Barsac, St. Croix, du Mont, St.
ey, Langon. Minimi denique habentur Blaye,
ourg, Cotes, Rion, Entre deux mers, e quibus
tificio non laudabili in Germania plerumque
ulta vina, prae ceteris autem Pontac, quod appel-
nt, parantur. Mentionem quoque facturus sum
norum Gravianarum sive vin de Graves dictorum,
uia in terra admodum arenosa proveniunt. Pro-
er aroma, quod iis inest, vini Rhenani vires ex-
bere possunt et difficilius mentem sopiunt. Quae-
nque vina rubra circa Bordoviam crescunt, saepe
dem nomine, nempe Medoc, utuntur; sed multi
omine Medoc certam notam significant; sapor et
lor horum potuum non multum differunt, amyg-
alarum simile aliquid praestantes. Celeberrima
nt Haut Brion, Château Margaux, Larose, Latour,
fitte 2. Rauzau, Léaville. Gorsse, 3. Cantenai,
. Julien, St. Estephe, St. Emilion, 4. Ludon,
oussaux, Arçins, Cussac etc. dicta.

§. 29.

Ad Rhodanum coluntur variarum specierum vina, quibus exteri quoque delectantur, sed caput facillime obnubilant. Inter alba excellunt Hermitage blanc, Còté rotie blanc, St. Peray, inter rubra Hermitage rouge, Còté rotie rouge, Château grillé, Cornas etc.

§. 30.

Fere ad eandem classem pertinent vina, quae in comitatu Roussillon nascuntur idemque habent nomen. Prioribus tamen magis sunt spirituosa, uti Collicour, Bagnols, St. Christol, Gilles, George, Roquemaure et Tavel.

§. 31.

In Provincia Languedoc parantur vina, quae vulgo vino secco dicta propius ad similitudinem vinorum Hispanicorum accedunt ob uberius principium dulce. Nominanda sunt Rivesaltes, Muscat Bèziers, Muscat Lunel, Frontignac etc.

§. 32.

Denique praetermittere non possum vina Campanica, quorum jam in §. 10. mentionem feci, quae, nisi bullarent per acidum carbonicum sive aërum fixum, multo minoris fierent. Celeberrima a locis, ubi crescunt, dicta sunt, alba: Epernay, Aix, Rheims, Sillery, Hautvilliers, rubra: Oeil de perdrix, la rosée. Inter campanica non bullantia

mmum locum tenet Cumiers, quod haud prol a Burgundia nascitur.

Vina Hispanica et Lusitanica.

§. 33.

Hispania utplurimum gignit vina pinguia, lcia, colore flavo tincta. Inter alia saepissime nostras regiones fertur vinum Malacense, de ius fabricatione jam retuli. Rubicunda vina et Malaga et Valentia et aliis provinciis allata no Tinto vocantur, uti Tinto di Malaga, Tinto licante ob colorem magis saturatum. Habetur praeea vinum Xeres, Pedro Ximenes, aut Petri Sinis, quod maxime circa urbem Qualdalcazar scit nomenque duxisse dicitur a plantatore, qui Germania ante 200 annos vites deduxit et transntavit. Huc quoque pertinent vina Ranzion, Catalonia, Crênache e Roussillon Hispanica et lvoisie ab insulis Mallorca et Minorca, quod nlibus uvis, succum efficacem dulcemque hatibus, exprimitur. Novissime referam vinum deranum, in insulis Canariis partum, Anglis icatissimum, quod magis jam Africanis, quam spanicis adnumerari debet.

§. 34.

In Lusitania praesertim celebrantur vina, quae circa Oporto nascuntur. Efficacissimum et maxime sopiens, quod ab Anglis magna spiritus copia imbuitur, ne deportando per mare corrumpatur, eadem de causa facile caput obnubilat; cuique igitur in memoriam revocaverim illud:

Hic niger est, hunc tu Romane caveto!

Vina Italica.

§. 35.

Romani, dum Italiam incolebant, uti aliis rebus, praesertim quoque vino magnam curam impendisse videntur et quemadmodum nostris temporibus industria et agricultura apud Italos ex toto feriantur, ita vini cultura negligitur. Scriptores veteres vina per 100 annos servata esse tradunt, quae, si neque abundantia spiritus et sacchari praedita, neque ab aëris accessu aliisque injuriis tuta fuissent, a natura et compositione bona mox discessissent. Horatius Massicum et Falernum maxime laudat. Nostris temporibus generosissimum est inter vina Italica, quod sub radices Vesuvii oritur et Lacrymae Christi, aut vinum virgineum appellatur. Hocce vinum gaudet rubro colore, odore suavi, admodum grave est maximeque in

s urinarias agit; causa hujus denominationis uitur in eo, quod e selectis uvis, antequam calntur, more lacrymarum transsudet. Secunda ecies haud multo inferior, vinum de St. Albano itur, cujus habetur rubrum et album. Tertia ecies est sapore gratissima, quae dicitur vino monte Fiascone v. Est! Est! Est!; huc enim ctat epitaphium illud ludicrum, quod servus nino suo nimis mature defuncto ob largiorem us notae usum posuit:

Est! Est! Est! propter nimium Est!
Dominus meus mortuus est!!

quartam denique speciem numeranda sunt vin del monte Pulciano et Vino santo.

Vina Graeca.

§. 36.

Haec memoratu minus digna sunt, quum ob is severius Turcarum imperium et rarius culta ninus sedulo tractata sint. Omnia vina Graeca irne dulcibus interponenda sunt, quamquam a que quoque multum spirituosi continent. imae eorum species in Cypero, Ithaca finitimis insulis nasci dicuntur.

Vina Africana et Asiatica.

§. 37.

Duae praeterea celebrantur vinorum nota quarum altera in Africa, altera in Asia gignitu vinum Capense et quod in Persia prope Schira crescit. Utrumque vinum uvis exprimitur, quae si diligentiam atque curam nostrorum vinitoru experirentur, potum magis nectareum quam vinu suppeditarent. Sed et capensium et eorum, qua circa Schiras crescunt, plures exstant species, qua hoc loco praetermittere liçeat.

Vinum qualem vim in corpus humanum exserat.

§. 38.

His propositis, nonnulli haud dubie a prio concludi posse existimabunt, qualis sit vini in co pus efficacia, quippe qui, quoniam singulas vinu constituentes materias satis bene cognitas habean totius liquidi effectum e singulis variae indoli materiis quodammodo deducendum opinentu Nec ex toto refutaverim sententiam eorum, q a spiritu, partibus dulcibus, acidis, oleosis et ar

icis vini efficaciam derivent, itaque ex partium bus compositi liquoris vim dijudicent; sed quid vult cognitio principiorum chemicorum, ad lorandas eorum virtutes medicatas? Non raro ut medicamina, quae chemicis nihil alieni nec ersi offerunt, dissimillimos in corpus exerant ctus. Multa igitur opus est providentia, ne gnos incurramus errores in definiendis liquoris osi viribus, quum ejus naturam accuratius disrere non liceat ob processum fermentationis dum satis investigatum atque cognitum. Nam piritum, aquam, saccharum, acidum intime mias, nequaquam liquorem, qui vinum exhibeat, inebis. Non minus enim interest, quae t principia materiam componentia, quam am quae mixtio eorum perfecta. Quare, uti s in rebus, ad cognoscendas vinorum vires exientiam, quae naturae scrutatorum tutissima nper dux est, consultemus, minime vero emolutum, quod principia nobis praestent, negligas, necesse est. Proinde symptomata in corpore nano per vinum excitari solita, v. morbosa v. taria, referam.

§. 39.

Modicus vini usus et digestionem et assimilaem nutrimentorum adjuvat *), pulsum pleniou et frequentiorem reddit, calorem auget, vias etorias et excretorias reserat, inprimis sudorem rinam movet, actiones musculorum exaltat, cor

---

*) Sundelin's Materia medica. p. I.

exhilarat, cerebrum purgat, animum vivificat, lib dinem, altera parte vero intellectum excitat. Il symptomata, ad vim vitalem adauctam spectanti nisi vinum intemperantius haustum sit, paullati remittunt, nec quidquam debilitatis et languor relinquunt, nam si quid defatigationis relaxationi que vino hausto corpori inductum sit, id poti corporis animaeque contentionibus, ad quas vir imbuti compellimur, quam vino ipsi adscribendu crediderim. Qui autem vino nimis indulserun mox ebrietate opprimuntur. Primo actiones co poris augentur, deinde sensorium alienatum app ret, homines sentiendi agendique ratione aberran cogitationes sermonesque miscent et confundun musculorum actiones ad voluntatis imperium co formare nequeunt, facies rubescit, oculi languid lubricique fiunt; tandem obruuntur sopore, quem respiratio stertorosa et totius corporis prostrati comitantur. In plerisque casibus accedit vomitu ritio, quae ventriculum vacuefacit et sensorium magis minusve reficit. Remanent vero per lon gum tempus dysphoria, defatigatio, digestionis vi tia, lingua obtecta, dyspepsia, dolores gastrici, sitis etc. Eousque procedere potest ebrietas, ut con vulsiones, apoplexia et mors eam sequantur.

§ 40.

Sunt, qui vim, quam vinum in corpus exerat, cum Opii efficacia comparent; sed satis magnae utriusque exstant differentiae. Si quis exiguam Opii dosin hausit, actiones partium ad digestio-

pertinentium sedantur principio narcotico, mus aufertur, motus atque secretiones tubi innalis retinentur, excepta bilis secretione; vicontra processum digestionis excitat et adjusecretiones et excretiones praesertim urinae, alimentarii ciet, quamquam negari nequit, ndam inter partes volatiles et analepticas utriusmateriae intercedere similitudinem. Praeterea um semper majorem corporis relaxationem reuit, quam vinum, quippe quod non solum proum vitalem subito excitet, sed etiam fibrarum m roboret. Illud saluberrimum sese praestat, ystema nervorum partim tantum exaltatum, m vero nimis debilitatum est e. g. si homines mnia cum magno erethismo cerebri et mobie sensuum, viribus corporis fere ex toto fradivexantur. Vinum optimam exserit vim, si m systema irritabile et sensibile pari modo rant. Nihilominus ebrietas, quam majores et et vini doses producunt, fere simili modo ifestantur. Quantum vero utraque materia et lle et efficacia distet, ex eo apparet, quod alalterius antidotum sit, ita ut vino onerati adhibito ad sobrietatem redeant et vice a.

§. 41.

Inveniuntur quoque, qui vini vires cum iis, alia spirituosa in corpus exserant, confuniisque promiscue utantur; quantopere autem eres et spiritus vini et vinum ipsum vi me-

dicata differant, jam e singulorum natura chem
patet, quamobrem secundum diversam volatilitat
atque fugacitatem diverso modo in corpus aga
necesse est. Aether et spiritus, corpori immis
actiones partium quidem excitant, vinum praete
vigorem earum adauget. Hujus enim indoles p
pius ad remedia aetherea oleosa accedit, quip
quae, uti vinum generosum, pulsum non sol
frequentiorem, sed etiam fortiorem et duriore
reddant, musculos roborent. Quae res facilli
intelligitur, si principia vinum constituentia intu
mur; nam principia vini magis fixa minime so
contactu in plexus nervorum gastricos, sed in c
cuitum sanguinis recepta, seu assimilata vires su
exhibere possunt. Quibus fit, ut vini efficacia
systema nervorum diuturnior et fortior sit, qua
spiritus vini et aetheris. Modo si aut magna
vini copiam, aut notam valde spirituosam homin
hauserint, vini effectus cum eo, quem spiritus pr
ducit, congruit, ita ut vino inebriati fere eade
patiantur, quae spiritu vini obruti. Ergo quod vi
vini medicatam attinet, quippe quae plura stadia a
solvat, fere persuasum habeo, exaltationem et ex
tationem cerebri, quae initio praecellant, potissimu
a vini volatiliori et celeriori efficacia, quam co
mercium cum plexu gastrico producat, derivand
esse, quia saepe paullo post vinum haustum hom
nes illis phaenomenis infestantur; soporem aute
qui semper serius accedat, vini in humores
sanguinem recepti vi magis fixa gigni *).

---

*) Vogt's Pharmakodynamik. I.

§. 42.

Quoad virtutem vini digestionis adjutricem tum a natura et compositione ejus pendet; de- enim et tenuia vina, quae multum aquae et ii continent, digestioni plus nocent, quam fa- , quippe quae, ut in humores corpori homo- os abeant, magnas tubi alimentarii contentio- requirant. Spirutuosa vero atque aromatica , etsi facilia sint digestu, sanguinis circuitum mentius excitant et congestiones ad organa iliora movent, quamobrem minus ad effectus munes in corpus exserendos, quam ad digestio- fovendam spectant. Saluberrima nimirum, otum systema nervosum et irritabile exaltari , vina existunt, quae neque acidis, neque spi- praecellunt.

§. 43.

Quotcunque vinorum genera occurrunt, vario o in corpus agunt, dulcia secus ac austera etc. ero innumeras vinorum species, respectu vis icatae habito, in plures classes redigere veli- , sex potissimum staduendae videntur.

§. 44.

Primae classis sunt vina, in regionibus septen- libus nata, quae quidem ventriculum offen- , sanguinis circuitum autem temperant, quare, nimis acida sunt, salutem corpori inferre pos- Huc referri debent multa Rhenana, Mosel- , Austriaca, Franconica et nostrae regionis.

§. 45.

Ad secundam classem pertinent vina, qua κατ' ἐξοχην generosa dicam, in quibus neque spiritu neque acor superat, in super aroma inesse solet. Hi optima Rhenana et Gallica, adnumero. Haec praecipue ad usum medicum idonea sunt, nam neque digestionem corrumpunt, neque congestiones ad singularia organa producunt, sed aequabiliter omnia corporis systemata excitant, reficiunt et roborant.

§. 46.

Tertiae classis esse debent vina austera, ve adstringentia, aciditate autem carentia, quae quidem in Gallia praesertim nascuntur, rubra, e Rhenanis vinum Asmannshusanum. Morbi chronici laxitatae et torpore corporis conspicui, qui remedia amara requirunt, haec vina prae ceteris ferunt.

§. 47.

Quartam classem sistunt vina fervida atque dulcia, quae multum sacchari neque minus spiritus continent, quae digestioni fovendae optime prosunt, largius autem hausta caput feriunt atque systema nervorum nimis excitant. Huc magnam partem pertinent Hispanica, Italica, Hungarica, Graeca, Asiatica atque Africana.

§. 48.

Quinta classis amplectitur vina, quae spiritu maximam partem carent ideoque magis ad nutriendum quam instaurandum apta sunt; facile vero

estionem corrumpunt. Minus generosa vina ngarica, Italica (vino cotto), Hispanica, non-lla Gallica atque plurima Graeca huic classi erenda sunt.

§. 49.

In sextam denique classem redigo vina spu-ntia, quae propter gas acidi carbonici volati-es effectus exserunt et systema vasorum et ner-um subito excitant et vivificant.

§. 50.

Loebenstein-Loebel *) omnia vina secundum emata corporis generalia, in quae praecipue nt, ita dividi posse arbitratur:

a) alba acidula, quae inprimis irritabilitatem ilitatam cum sensibilitate evehant;

b) vina Gallica rubra, quae sensibilitatem et roductionem labefactatas exaltent;

c) dulcia generosa, quae amice in sensibili-m et reproductionem agant.

Haec divisio mihi inepta videtur, quum neque nia vina, quae vim medicatricem in corpus rere possint, enumerata, neque differentiae nifestae inter virtutes secundae et tertiae clas-traditae sint.

---

*) Die Anwendung und Wirkung der Weine in le-sgefährlichen Krankheiten. 1816.

§. 51.

Alia vina aliam utilitatem corpori afferun sed unum idemque vinum aliam praestat vim, minor, aliam, si major portio hauritur. In gener largior vini usus semper nocet ac effectum salu tarem, quem modicus induxerat, evertit, quia pa tes spirituosae, quae cuivis vino insunt, copiosiu haustae, cerebrum et nervos nimis excitant, it quidem, ut vires eorum non erigantur, sed labe factentur; sin minus spiritus vino inest, acida ve saccharum ventriculum adeo offendunt, ut vomi tus aut aliae affectiones gastricae existant. Pluri mum ceteris paribus ejus vini sine detrimento as sumi poterit, quod neque abundantia spiritus, ne acoris excellit, quo pertinent tertiae et quarta classis notae. Graviora autem vina Hispanica Italica etc, nonnisi loco remediorum stomachicorum habenda sunt.

§. 52.

Praeter speciem atque copiam vini hauriendi, quoad effectum etiam dispositio et conditio corporis considerandae veniunt; nam homini aut jejuno aut valde defatigato minima vini quantitas eandem vim analepticam et roborantem affert, quam satiato aut non defesso multo major. Vis corporis vitalis, si jam incitata est, minores tantum incitationes sustinet idemque stimulus variis temporibus varia corpori incitamenta largitur. Eodem modo explicatur, cur juniores et senes, quorum vires vitales diminutae et debilitatae sunt, facilius

o inebrientur, quam virilem aetatem agentes. ximi quoque facienda est consuetudo; nam i homines vino jam assuefacti, prae ceteris s facultati inebrianti resistunt, nisi nimis largo jam debilitati atque labefactati sint.

Vini usus.

§. 53.

Duplex est, cum ad victum tum ad medelam tus. De illa adhibendi ratione variae exstant tentiae. Alii vinum pro potu vulgari haurien- n esse negant; alii aptiorem inveniri vix posse tendunt; sin utriusque sententiae vindices enu- rare placeret, usum vini frequentem proban- u certe major foret numerus. Scriptores qui- n de diaeta disserentes *) asserunt, homines nnum senectutis fastigium assecutos, vino non s fuisse; inde igitur patet, ad vitam sustentan- n et elongandam vino non opus esse; contra em multa exempla afferri possunt eorum, qui, mquam largiore vini copia utebantur, vitam gaevam degerunt, et quid demum interest, n quis vitam longam atque miseram degat cu- vis laetitiae expertem. Nimirum dolor atque itia majores et frequentiores vires vitales con-

*) Hufeland's Makrobiotik. — Wilberg Handbuch Diaetetik.

sumunt; quam ob rem homines; vitam quam longissimam nonnisi appetentes, ad loca deserta, commercio aliorum hominum vacua, secedant necesse est. Vinum animum vivificat, cor exhilarat et obliviosam quodammodo menti conciliat serenitatem, quem ad finem cuique vinum concedi posse opinor, quin detrimenti aliquid corpus capiat. Porro poëtae ipsi, qui per naturam fieri et fingendi artem insitam habere dicuntur, vinum non raro hauriunt; longe enim acutioris ingenii sunt, dum vino utuntur, quapropter non immerito vinum nobilis poëtarum equus vocatur et Homerum, Horatium, Virgilium et centenos alios vino admodum delectatos esse, plurima eorum carmina docent*):

Sic tu sapiens finire memento
Tristitiam vitaeque labores
Molli Plance mero.

Non modo in singulares homines, sed etiam in totas gentes vires magicas et salutares exerit vinum. Sic Graecos, sapientiae et artium parentes, bona et praestantia coluisse vina, plurima monumenta testantur et experientia hodierna confirmat, iis in locis, quibus Turcae exstirpaverint vites, ingenii et doctrinae gloriam simul esse exstirpatam. Neque haec sola vini laus est, quod mentis actiones vividiores reddat eique tranquillitatatem conciliet, etenim ipsis partibus solidis robur addit et actiones earum incitat. Quot porro

*) Horat. Carminum lib. I. od. 7.

aditi et vitam sedentariam agentes reperiuntur, gestione perversa et debili laborantes, quamvis n merito aegri dici possint? hisce vinum inter nia remedia cardiaca summum locum tenebit. altum enim abest, ut sententiam Ritteri sequar, i vinum, inter coenam haustum digestionem non uvare sed cohibere contendit, quoniam cibi ritu, quem vinum continet, praesertim adiposi ile rancescant; nam spiritum vini chymum nus solubilem reddere et ut diutius in ventrio remaneat, efficere. Sed aqua adipes nullaus solvuntur, maxime vero spiritu calido, quamrem spiritus certe plus ad digestionem, quam ua confert. Ritter autem efficaciam spirituosom nimis mechanicam habet. Multo enim valirem, quam ventriculi contentis, vina partibus s solidis, uti plexibus nervorum et vasis, infet. Quis vero est, qui neget, vinosos liquores ntriculi functiones in genere excitare et evee, nisi jam nimius et diuturnior sptrituosorum s incitabilitatem nervorum jam hebetem redditit, quippe quibus fiat, ut secretiones ventriculi versae, motus peristaltici infirmiores evadant ltaque alia mala oriantur?

§. 54.

Levissima, quae abusus vini producit, detrinta ad digestionem pertinent. Paucas horas post tum venter turgescit flatibus, qui in tubo ininali evolvuntur et ructibus expelluntur. Accesaepe passio, quae Soda s. Ardor ventriculi

appellatur. Aegri vehementem ardorem queruntur oesophagi et intolerabilem sitim, quae aqua aliisque liquidis vix sedetur. Huc etiam pertinet morbus, qui multos potatores obsidet vulgoque Colica aquosa s. potatorum (Katzenjammer) dicitur. Matutino tempore, ubi expergefacti sunt, nausea atque vomituritio superveniunt, quae morbosae pancreatis incitationi imputandae videntur; ardor ventriculi simul adest saepe, artus tremunt, caput grave et temulentum sentitur neque prius symptomuta illa remittunt, quam sueto more iterum spirituosa hauserint. Neque potatoribus, qui illis malis laborant, perfecta vini abstinentia commendanda est. Notatu dignum etiam est malum, quod nuperiores demum medici distinxerunt, magis vero spiritus vini, quam vini amantibus proprium, nempe Delirium tremens. Diagnostica ejus symptomata tremor artuum et delirium exhibent, eadem etiam seorsim alterum sine altero occurrunt. Combustio spontanea num spirituosorum abusu solo efficiatur, non satis constat. Haud raro potatores morbis corripiuntur, qui subitam, aut saltem celerem mortem afferre solent, e. g. Apoplexia, Haemorrhagiis etc., alioquin, etiamsi tuti sint a repentinis malis, magis diuturni morbi vitam eorum miseram finiunt, e. g. Phthisis, Hydrops, Arthritis etc. Itaque de vini usu eadem dicenda sunt, quae de aliis rebus praesertim jucundis corporique blandientibus „ne quid nimis." At modicus vini usus nemini oberit, nisi malis singularibus, usum ejus vetantibus, laboret.

§. 55.

Alia vinum adhibendi ratio est, quam medici morbos sanandos ingrediuntur. Equidem, si edicamento universali locus esse possit, vino nc praerogativam concesserim; etsi enim aliorum mediorum virtutem et praestantiam detrectare lim, vinum tamen prae ceteris aliquid, omni re laude et existimatione majus, habet, quod n solum agit in corpus nostrum, sed in ipsam imam, quam reficit, sanat ejusque functiones rifice promovet. Attamen his maxime laudans atque celebrandis virtutibus vina solummodo na generosa, minime corrupta gaudent; quae amvis non copiosa obtineri possint, ad usum edicum semper requiruntur. Illustrissimus Fr. ofmannus *) hac de re sequentia proposuit:

„Primo itaque salubre vinum et quod grato t reficiente odore praeditum;

„2) quod receptum et detentum in ore relinuit in lingua blandam adstrictionem et ob peetrantiam nares et caput pervadit;

„3) si transparens et clarum est et aureo praeitum colore;

„4) quod citius pertransit renes et altero die adorem v. sudorem quendam in corpore causa-, vel alvum quoque lubricam reddit;

„5) quando nullum dolorem vel lassitudinem capite vel membro quodam relinquit;

---

*) Dissertatio de salubritate vini Rhenani.

„6) quod appetitum excitat et concoctionem
„adjuvat;

„7) liberalius et frequentius haustum non ad
„calculum vel podagram disponit."

Licet non omnia vina, quibus aegri utuntur, dictas virtutes referant, certe ad eas propius accedant necesse est.

§. 56.

Transeamus ad corporis affectiones morbosas, quae vini usum requirant, nec non ad vini species, quae singulis corporis conditionibus respondeant. In genere omnis asthenia sensu strictiori, quae et in vasorum et in nervorum reliquarumque partium debilitate cernitur, vino inprimis sanari potest. Huc pertinent: magna defatigatio, immodica virium contentione exorta, appetituum naturalium defectus, virium prostratio, quam aut nimiae evacuationes aut graviores nervorum commotiones antecesserunt. Maxime necessarius autem habetur vini usus astheniae, cui Camphora, Serpentaria, aliisque aethereis oleosis medemur. Hujusmodi corporis affectio exstat in febribus nervosis putridis, ubi minus systema nervorum, quam irritabile labefactum est, qui quidem morbi saepe in putrescentiam veram abeunt. Generatim igitur vini usus saluberrimos producit effectus ad febres sanandas, deinde praecipue in convalescentia. Egregius in arte nostra vir haec dicit *):

*) Helmont de febribus cur. c. 12. p. 772.

uotquot modice vino in febribus utuntur, faci-
ıs convalescunt et in pristinum ocyus resti-
ıntur." Hippocrates*) ipse in febribus conti-
s potum vinosum album et aquatum commen-
Ventriculi imbecillitatis, nauseae, digestionis
maliarum vinum princeps esse remedium, jam
ea commemoravi. In morbillis, variolis, scar-
na ceterisque exanthematibus, ubi natura ad-
lum infirma, motus cordis miasmati expellendo
ares sunt vel repressio exanthematum per vi-
n debilitatem incidit, vinum egregios effectus
estat. In syncope atque deliquiis animi non
m teste Galeno**) sed communi omnium gen-
ı experientia vinum sese praestantissimum ex-
et. In passione colica, ex cruditate viscida aut
bus orta, nil utilius est vino, praecipue ve-
ore Rhenano. Quemadmodum multi, multi-
e experientia versati, ita Hippocrates***) vi-
merum commendat, quia cruda reddat apta
oncoctionem, crassa attenuet, flatus discutiat.
iarrhoeis et dysenteriis, ubi stadium inflam-
onis absolutum est, vinum rubrum aliis prae-
t virtute adstringente, quippe qua tonum in-
norum restituat, tunicas relaxatas roboret, quo
id impetratur, ut sanguis a centro ad peri-
iam moveatur, urinae fluxus adaugeatur cum-
altera evacuatio alteram minuat, fluxus alvi

) Lib. II. de morbis acutis §. 61.
*) De medic. facultate lib. III.
**) Epidem. Lib. II. 6.

restringatur. In hydrope etiam ascite vina magr momenti esse, omnibus medicis notum est; hu majori ex parte hydropes symptomatici pertinen e. g. qui scarlatinam per metastasin secuti sun vetatur autem vini usus hydrope, qui degeneratio nes, indurationes et pseudoorganisationes excepi Denique quicunque aegri vini usui nimis assue verunt, in morbis vinum vetantibus, ab ejus us ex toto abstinere non debent.

§. 57.

Supra dictis satis elucet, quibusnam vini usu noceat. Obest nempe largior vini usus plethor cis, praecipue eorum vinorum, quae majorem quan titatem spirituosi habent; non oportet tamen, ab omnium vinorum usu interdicatur plethorici reperiuntur enim vina fere naturae mediae, qu impune ab ipsis plethoricis hauriri queant, Rhenana nonnulla et Mosellana imbecilliora, Au striaca et omnia austera non calefacientia. Vet tur autem usus vini generosi biliosis, licet tenu ora vina acidula assumi possint. Denique arcear tur ab omnibus iis, qui sanguinem phlogisticu coquunt, arthritide inflammatoria cruciantur, a phthisin, febrim hecticam, haemoptysin, apopl xiam etc. proni sunt. Jam Hippocrates vari morbos retulit, in quibus a vino abstineri jube ut cerebri oppletione dolorifica etc.

§. 58.

Antea, quaecunque vinorum exstant specie respectum virtutum medicatarum in sex classes d

li, quas secundum ordinem nunc persequar. ae ad primam classem pertinent, rarissime a dicis adhibentur, ob acorem ventriculum facile endentem. Inveniuntur vero, quae praeter par- acidas etiam aromaticas contineant ideoque ge- rosiorum vinorum Rhenanorum vices interdum nibere valeant. Plethorici ea vina melius, quam a bona Gallica atque Rhenana ferunt; eadem ioris pretii causa ad febres nervosas cum ere- smo nec minus putridas sanandas inserviunt; n acida et mineralia et vegetabilia, decompo- onem humorum arcent, quamobrem scorbutus orum acidulorum usum requirit. Sin autem entiorum vinorum major copia hauritur, dige- onis alienationes, stranguria, exanthemata pso- a atque arthritis gigni solent. Celeberrimus ffmannus quidem contendit, nil magis mucilagi- n articulorum destruere atque ad coagulationem gere, quam acidum tartaricum, itaque vinum iens copiosius haustum ad producendos morbos hriticos esse aptissimum. At mihi quidem vina a acidula crebrius assumta primas vias debili- e, energiam atque crasin partium ad reprodu- onem pertinentium mutare videntur, quo fit, morbus arthriticus incurset et crisis cujusdam tar concrementa in articulis deponat. Multos eterea innuere licet arthriticos, qui potius ge- osis vinis, quam acidulis et tenuibus indulserunt.

§. 59.

Secunda classis duo praesertim genera vinorum

offert, partim aromate praedita, partim eo carentia. Verum non est, quod hancobrem utriusque generis vina sejungam; nam vinorum Rhenanorum generosiorum et Gallicorum meliorum vires in corpus medicatae fere plane conspirant. Rhingavia, Burgundia, Bordelais et regiones ad Moenum sitae ejusmodi species proferunt. Ad systema vasorum et nervorum simul erigendum atque roborandum his maxime opus est. Rhenana majorem utilitatem afferunt, si sensibilitas prostrata, incitabilitas vasorum exaltata est, deficiente energia. Quare commendantur vina Rudeshemiense, Steinense, Leistense etc. in febri nervosa versatili et erethica, in febribus typhosis atque putridis, deinde in convalescentia eorum, qui typho laborarunt. Magni quoque emolumenti sunt haec vina in affectionibus nervosis chronicis, arthritide, rheumatismo, ab asthenia pendentibus, gangraena extremitatum, scorbuto, dyscrasia. Ex toto vero praecludendus est usus vinorum Rhenanorum, ubi praeparata Mercurii aliorumque metallorum adhibentur. Hoc vinorum Gallicorum generosiorum usui non obstat, quippe quae omnis acoris expertia digestionem et reproductionem magis exaltare et emendare valeant atque vasorum actionibus energiaeque magis faveant, quam Rhenana. In usum vocari solent alba vina Burgundica, circa Bordoviam nata, fere in iisdem morbis, quos Rhenana tollunt; in febribus, in stadio refectionis diuturnorum morborum, in dyscrasiis atque cachexiis, scro-

psi syphilide, rhachitide, quaecunque debilitate magna se manifestant, merito commendantur.

§. 60.

Tertia classi complexus sum omnia vina ru-, quae corpori ingesta adstringunt, e. g. Pontac, Hoc dicta, Asmannshusanum, Burgundicum ru-m, nonnulla Hispanica, quae quidem calefa-nt, magnum sanguinis aestum producunt, ob ncipium vero adstringens tonicam vim salutarem estant. Prosunt corporibus, quae temperamento egmatico, fibra laxa, debili vasorum actione edita, remedia amara roborantia exposcunt. dantur in febribus asthenicis putridis cum col-zatione, in haemorrhagiis asthenicis, ubi vaso- actio evehenda et fibrarum contractio augenda porro in diarrhoeis atonicis, haemorrhoidibus osis, fluore albo aliisque blenorrhoeis.

§. 61.

Quarta classis vina sistit fervida, dulcia, quo- jam nomen vim admodum calefacientem de-at. Quare nonnisi in morbis non febrilibus tem ferunt, ubi vires vitales erigendae et in-randae sunt; in marasmo senili, in metastasi r·tica ab adynamia pendente, postquam corpus ·l o et venere nimis est exercitatum, in tabe ·a'i atque marcoribus febre destitutis, ulcera-e et gangraena. Generosa vina Hispanica, igarica, Capense, Lacrymae Christi huc perti-it.

§. 62.

Vina dulcia, quae sacchari abundantia, spirit inopia excellunt, ad corpora debilia tenera e. g. m lierum atque infantium roboranda et nutrienc commendantur. Viliora Hungarica, Italica, Hisp nica huic scopo optime respondent.

§. 63.

Sexta denique classis vina continet spumanti quae peculiares in ventriculo et reliquo corpo movent effectus, quia aëris accessu gas acidi ca bonici excluditur et elevatur. Horum vis est on nium velocissima. Motus sanguinis subito excit tur, quamvis adauctae vitae manifestationes paul post, quam irruerunt, fere ex toto evanescun Optime porro in diuresin agunt, quamobrem d lores, calculis renalibus et vesicalibus ortos, p breve tempus demulcent. Exhibentur vina sp mantia ad vires vitales quam promptissime insta randas, in apoplexia nervosa, commotionibus c rebri, vomituritione ventriculi incitabilitatem n mis adauctam secuta, ubi acidum carbonicum g neratim laudatur, ad menses pellendos, qui ene gia systematis vasculosi deficiente, retinentur.

VITA.

go Guilelmus Mauritius Stephanus Ludovi-
Schuetz, die nono mensis Julii A. MDCCCVIII
nasterii, patre optimo, a consiliis justitiae, matre
ssima, de gente Zier, quos fata adhuc incolu-
servarunt, natus atque confessioni evangeli-
addictus sum. Ad annum usque aetatis deci-
n tertium domi eruditus sum praeceptoribus
mholz et Cel. H. Ritter, nunc professore in
versitate litterarum Berolinensi, quorum in me
rita pia grataque mente venerari nunquam desi-
. Deinde gymnasium Friderici Guilelmi, quod
rectore Spilleke floret, per tres annos fre-
ntavi. Testimonio maturitatis munitus, anno
CCCXXIV ab Ill. Hoffmann, t. t. Rectore
gnifico, in numerum civium academicorum re-
tus, nomen apud facultatem philosophicam pro-
sus sum. Biennio vero elapso ab. Ill. Rudolphi

facultati medicae adscriptus, hujus disciplinae st
dio me tradidi.

Per hoc studiorum tempus hosce viros cel
berrimos disserentes audivi: Ill. Weifs de min
ralogia, de geognosia, de crystallonomia, Ill. Lic
tenstein de zoologia, Ill. Turte de physice expe
mentali, Ill. Erman de physice generali, de calo
et lumine, de magnetismo et electricitate, Ill. Id
ler de trigonometria, Ill. Dirksen de calculo diff
rentiali et integrali, Ill. H. Ritter de logice, c
historia philosophiae, Ill. C. Ritter de geograph
generali, Ill. Mitscherlich de chemia experime
tali, Ill. Schubarth de chemia theoretica, Ill. Ro
de chemia analytica, Ill. Link de botanice, c
pharmacologia, de toxicologia, Ill. Hayne de b
tanice, Ill. Knape de osteologia, de splanchnol
gia, de syndesmologia, Ill. Rudolphi de encycl
paedia medica, de anatomia theoretica, de anat
mia sensuum organorum, de anatomia compara
et pathologica, de entozoïs, Cel. Schlemm de an
tomia theoretica. Artem, cadavera rite dissecan
Ill. Rudolphi et Ill. Knape me docuerunt. Nc
minus interfui praelectionibus Ill. Hecker de h
storia medica, de pathologia generali, de therap
generali et speciali, de semiotice, Ill. Osann c
materia medica, de fontibus medicatis, Ill. Casp
de morbis infantum, de formulis conscribend
Ill. Horn de morbis mentis, de pathologia sp
ciali, de therapia speciali, Ill. Kluge de akiurgi
Ill. Juengken de ophthalmologia. Ad praxin m

am viri Perill. Hufeland. Ill. Osann, Ill. Bar-s, Ill. Wolff, ad praxin chirurgicam Ill. Rust, de Graefe me instituerunt.

Tentamine tam philosophico, quam medico ue examine riguroso coram gratioso medico-n ordine absolutis, spero fore, ut, dissertatione thesibus defensis, summi in medicina et chi-gia honores in me conferantur.

Theses defendendae.

1.

Existere potest inflammatio in corpore ast nico, ipsa inflammatio nunquam asthenica.

2.

Coeci non sani sunt.

3.

Plurimi mentis morbi corporis vitiis caren

4.

Vinum magis potum, quam medicamen e bere, censeo.

5.

Fractura comminuta statim amputationem quirit.